



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Confringam illos, nec poterunt stare, Cadent subtus pedes meos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

I M M A R . L U T H E R I O P E R A T I O

Confringam illos, nec poterunt stare, Cadent subtus pedes meos.

Planus est sensus ex predictis, scilicet quod aduersarios comprehesos erit & conterit, ut ipsi amissa uirtute nequeant surgere neque resistere credenti, describit enim hic uersus aduersariorum infirmitatem, sicut praecedentes, Ecclesiastitudinem. Cadere sub pedibus, simplici tropo dictum puto, pro eo quod est humiliari aduersarios & conuerti ad fidem, Arbitriu tamen esto lector, & hic per des Ecclesia ministerium uerbi intelligere, sicut Lucas dicit in Actis: Multa uerba sacerdotum obediebat fidei, Tunc cadere sub pedibus idem est, quod obediens Euangelio.

Et praecinxisti me uirtute ad bellum.

Et supplantasti insurgentes in me subtus me.

Iterum uirtus hoc loco ea est quae supra memorata est. Et praecinxisti me uirtute, id est, multitudo fidelium coronasti me, hic uero addit, ad bellum, in quo gloriae sele non modo auctam fidelium multitudine, sed etiam multitudine bellatorum. Ex cœsis enim & uictis aduersariis quod plurimi conuersi sunt & facti duces & pastores ecclesiastarum, potentes in doctrina sana edificare simul & pugnare, tenentes altera manu gladiū, altera edificantes, ut de Neemia dictum est.

Auctis autem hoc modo bellatoribus, facile sit supplare quoscumque insurgentes & extollentes se aduersus scientiam dei, hoc est, aucta Ecclesia semper agetur magis, & succrescit germinans, id quod in primicia Iudeorum Ecclesia uidimus impéri.

Huc, subtus me, ad uerbum supplantasti pertinet, sicut superius dilatasti gressus meos subtus me, ad uerbum, dilatasti, porro soloecum huc, subtus me, pro sub me, uel subter me, relinquo grammaticis iudicandum.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.

Et odientes me disperdisti,

Dari in dor
fum.

Hactenus de ijs locutus est Iudeis, qui per uerbum uicti & humiliati in Ecclesia augmentum uenerunt. Nunc de reprobis & in incredulitate persecutoribus loquitur, Quos inimicos & osores uocat, neque enim atrocis odii passus est Ecclesia, quam ab ipsis fratribus Iudeis. Vide autem proprietatem uerborum, dedisti eos mihi dorsum, & disperdisti, Terribilia sunt hac synagogam uincit & fugit, Ecclesia uincit & inlequitur, hoc enim est inimicos dari in dorsum, ut Gen. xlix, Inda manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, Sed & illud miserabile est, synagogam manere semper auersa facie ab Ecclesia, hoc est perpetuo odio: Agnoscere non uult nec potest, & odium non ponit, nec tamquam contra eam promouet, sed semper fugit & cedere cogitur, Hoc usque in hodiernum uidemus ad oculum in Iudeis fieri, ita ut aptius eorum conditio non possit exprimis paucis uerbis, quod sunt positi dorsum, tantum ad odiendum sententia ferenda dati.

Ita & disperditos esse clarissimum est legamus, sed longe miserabilius est quod sequitur.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret,

Ad dominum nec exaudiuit eos.

Sic & Procul.